Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2811
Quelle:
Copyright:

vndecim immediate sequentibus, quos omnes compilauit in vniuersitate heydelbergen. Primus infit: *Hec dies boni nunctij est. Scribuntur hec verba originaliter 4ti Regum VII. cap.* &c. Reliqui de *Festis domini* et *B. V.* sunt, tres vero *Synodales.* Confer de hoc Viro eruditissimi Eq. *Jos. Ant. Rieggeri Amoenit. Friburg. Fascic.* I. p. 35.

XI. *fol.* post 5. pura 241. *Magistri Henrici Schwinfurtt*, ut in margine ait Rubrica, Sermo de *Epiphania.* Initium: *Hodierne festiuitatis celeberrimi patres solemnitas gloriosa ab apparicione nomen accepit. Epyphania quippe apparicio est* &c.

XII. *fol.* 246. *Sermo sancti basilij de vita solitaria.* Initium: *Libet de singularis vite meritis pauca perstringere* &c. Finis: *ad edificacionem perueniet domum non manufactam eternam Amen.* Sermo hic inter Opera *Petri Damiani Paris.* 1642. T. III. p. 103. Caput XIX. constituit Opusculi XI. quod inscribitur *Liber Dominus Vobiscum*; positus tamen etiam est a *Juliano Garnerio* inter *Basilii* Spuria T. II. *Opp. Paris.* 1722. *append.* p. 704.

XIII. *fol.* 248. p. 2. Sermo *Magistri Jo. trutzenbach de belbrunna sacre theologie professoris In Vigilia Pentecostes.* Incipit: *De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me. Originaliter trenorum primo. Venerabiles patres domini doctores egregij* &c. Ad calcem rubro: *In Alma Vniuersitate Heydelbergen.* ad cujus Historiam *Codex* hic conferre non nihil possit.

DCCLXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 385. f. per duas columnas exaratus complectitur sequentia: I. *Nouem aliena peccata Magistri Jeorij de Gyngen. Sequitur Sermo primus.* Initium: *Abiciamus opera tenebrarum* &c. *Vas electionis et sidus apostolicum* &c. Tota Tractatio divisa est in *Sermones* vel Articulos XXXVIII. et in officiis hominis Christiani circa praedicta Peccata exponendis versatur, unde Autorem ignotum Theologis moralibus potius accenseas, quam Homiletis. 297

II. *fol.* 74. p. 2. *Dynkelspüchel* (Nic.) *de duobus preceptis scilicet de Dilectione Dei et proximi.* Initium: *Scribitur Matth. 22. quod cum quidam legis doctor* &c. *Sermones* hi XI. jam indicati *Codd.* variis extant in edit. *Argent. 1516 a pag. 1. f.*

III. *fol.* 119. p. 2. absque titulo Ejusdem *Tractatus de Praeceptis Decalogi.* Initium: *Preter precepta legis nature communia* &c. Iam *Codd.* mox *cit.* et edit. *Argent. fol.* 22. p. 2. sed hic in *Primo* statim *Praecepto* his verbis: *sub istis verbis Exodi 2°. simul positis* — deficit.

IV. *fol.* 131. *Dynckbelspüchl super pater noster.* Initium: *Si quid pecieritis patrem in nomine meo*